Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Apostolorum passio die sacravit seculi per triumphum nobilem pauli
coronam preferens· Coniunxit equales viros cruor triump
halis necis dominum secutos presules xpi coronavit fides· Primus pe
trus apostolus nec paulus impar gracia electionis vas sacre petri ade
quavit fidem· Divisio Verso crucis vestigio symonis honore dans
deo suspensus ascendit dati non immemor oraculi Preanctus ut dic
tum est senex et elevatus ab alio quo nollet ivit sed volens morte
subegit asperam· Hinc roma celsum verticem devocionis extulit fun
data tali sanguine et vate tanto nobilis· Tante per urbis ambitum
stipata tendunt agmina trinis celebratur viis festum sacrorum martirum
Prodire quis mundum putet concurrere plebem poli electa gencium
caput sedes magistri gencium· Gloria tibi domine· Marie magdalene
Magnum salutis gaudium· Sex ante pasce· Nardi maria
pistici· Honor decus et imperium· Laurencij martiris
Apostolorum supparem laurencium archydiaconem pari corona martirum
romana sacravit fides· Sixtum sequens hic martirem re
sponsa vatis extulit merere fili desine sequeris me post triduum· Nec
territus pene metu heres futurus sanguinis spectavit obtutu pio quod
ipse mox persolveret· Iam tunc in illo martire egit triumphum martiris succes
sor equus sinagogam vocis tenens et sanguinis Divisio Post
triduum iussus tamen census sacratos prodere spondet pie nec abnuit
addens dolum victorie· Spectaculum pulcherrimum egena cogit ag
mina inopesque monstrans predicat hii sunt opes ecclesie· Vere pio
rum perpetes inopes profecto sunt opes avarus illusus doles flammas et ult
ces parat· Flagrat pustus carnifex fiuisque cedit ignibus versate
me nunc vocat vorate si coctum est iubet· Gloria tibi· De spinea corona
In passione domini qua datur salus homini sit nostrum refrigerium et cordis